TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_0826**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

826

Series
Patriarc
Aquil.

(826)

826

SERIES CRONOLOGICA PATRIARCHARUM AQUILEIENSIUM

ex tutiori combinatione tempor.um

& certiori Monumentorũ integritate

nuper deprompta

Series Chronologica Patriarcharum Aquileiensium: ex tutiori combinatione temporum, & certiori Monumentorum integritate nuper deprompta.

S: Ecclesia Aquileiensis in principio Christianę Religionis orta Imperatoribus persequentibus diù dormiuit in Cunabulis, & strepitù Numeriani sequientis surexit Hilar.° Ep.° & Mart: Anno Dom: 276. Hinc crudelissima Diocletiani tempestate plurimorum Fidelium sanguine imbuta, preclarum sanctitatis lumen emisit, ac Arianam Eresim in suo Concilio damnauit An: D: 381. Longobardis in Italia regnantibus è feto schismatis Gradensem Ecclesiam edidit. Gregorio ii Pont: Max: Patriarchalem titulum Paliumque suscepit Anno Dom: 719 — diù latuit

Et Carolo magno imperante gloriosum adepta incrementum antiquo dignitatis iure et Pij iiii Decreto 31 xc.is 1561 post quatuor Orientales Ecclesias prior a suprema Latina eminet in Occidente. Baron: T. p. An: 46: 48: & 381: Cornel: a Lapid: Arg: in Marc: Boland: T: 3. Ap: f: 347: Oghel: in Ital: Sac: T: 5: 19: 20, & 21. Codices antiq:, seu Passionarij S: Eccl: Aquil: P. Thulner in mem: Diplom: Caroli M: Hist: T. I: Tridentin: in Calce:

An: D.

S: Marcus Euangelista missus Aquileiam a S: Petro Ap:ostolo eiusdem Urbis Episcopatum instituit Anno Domini . . . 46 — 48

moxque Egiptum petijt & Alexandrię martirium subijt 25 Ap. . . . 63

Baron: T: p: An: 46 & 48: Ginebrard: in Chron: Act: S: Marc: Boland: Tom: 3 April: f: 347: Cornel a Lapid: Arg: in Marc.

Non solum Aquileiensis sed etiam Laureacensis Ecclesię in Norico Ripensi Fundatorem fuisse S: Marcum plures Scriptores

testantur, & Monumentum adhuc preclarum huius rei extat in Opido Ens non procul a ruinis ueteris Laureaci sito, et saxo insculptum.

Laureacensem Ecclesiam talem originem habuisse affirmant Annales Laureaci, Passauienses, Salisburgenses, & omnes rerum Noricarum Scriptores, inter quos; Auentinus, Bruschius, Cuspinianus, Raderus & Undius, de quibus iam testis est eruditissimus Moracutus in Adit: ad Vghellis T: 5 nuper editum An: D: 1720. reuerá promiscuitatis relationes quas mutuo habebant antiquis temporibus inter se Aquileienses & Norici magnum afferunt argumentum, quod & D: Marcus eisdem uicissim Fidem intulerit. Pignus quoque Veritatis est Codex Euangelij Aquileię manu eiusdem Marci exaratus, qui ex Ciuitate Forojulij Venetias traslatus est Anno D: 1420, & aureo illius in templo asseruatur ut constat in Diario Ital: P. Bernardi de Montefaucon Cap: 4 f: 55 usque 69:

S: Hermacoras Discipulus S: Marci Euang: á S: Petro Apostolo Romę ordinatus Episcopus Vrbis Aquileię, adijt eamdem Ciuitatem, & Populos ad lucem ueritatis atraxit predicando; Hinc miraculis clarus una cum Fortunato Diacono suo ob confessionem fidei meruit martirij coronam accipere Die 12 Iulij Anno Domini - - - - - - 70

Martirologia antiqua Adonis, Eriberti, Galesini: Cod: Passion: Catal: & Breuiaria uetera S: Eccl: Aq:; Schonleben in An: Carn: T: p: P: 3 f 160

Hic S: Martir premissit ad palmam Nobb: Virgines Euphemiam, Doroteam, Teclam, & Aquileienses, quas proprijs manibus baptizauit. Hę An: D: 67 iussu Tiranni Presidis pluribus tormentorum generibus cruciatę ac morti tradite

traditę, post Christi passionem primę ad martirij coronam prope:
:rarunt, & protomartires inter Feminas sicut Stephanus inter
Viros precesserunt etiam alię Teclę discipulę S: Pauli Apostoli,
quę martirium subire tantum incepit, & demum naturali morte
decessit teste Ughella An: D: 90 Zancharolus in Vit. S: Hermac: f.
15 & 16 Petrus Eq: in Cat: lib: 8 Alfons Viglieg: in Vita S: Teclę

Hinc Regnantium Tirannorum causa nil mirum quod Ciui:
tas Aquileię diu caruisset Episcopo, Defuncto Hermacora denuo Cives
idololatrię (margin correction) hęc idolatrię adhęsit. S: Sirus qui fuit comes S. Hermacorę & vi:
:xit usque An: D: 95, vidit Aquileię inconstantiam, & prophetizauit
illius euersionem ut patet aput Luitprandum Lib. 8 C: 2:

Christiani teste Volchero citato à Tilemontio T: p: P: 2 non
habuerunt Templa aperta ante Seueri persequtionem usque An.
Domi: 203; ideò & similiter Episcopi tunc degebant occultè. Secundo
Concilio secundo C: An: D: 160 a Pio p: Pont. Max Aquileię nato probabi
liter putandum, quod tam inclita Ciuitas suum quoque habuisset Epis:
:copum; sed in tanta caligine temporum quid demum tradidit Nos inuenire
confidimus? Vide Sac: Mon: P: vol: T: 9 f. 9 ... 19: S. Hilarius Ungo
Hedarus post diutinam Annorum 206 uacationem sucessit Herma:
An: D: 276 corę Aquileien: Eccl: Episc:, & Numeriano Imperatore una
cum Taciano Dionisio, & socijs martirium subiuit 16 Martij An: D: 284
Ughell: T: 5. Baron: Ann: 84. n. 9. Cod: & Catal: S: Eccl: Aqu:

Chrisogonus genere Grecus Aquileia Urbe amplissima orien:
:tales Populos in Italiam frequenter accidente S: Hilario succesit An: D: 286
Ughell: T. 5: f: 21 et 22. Cat. & Regesta S: Aq: Ecc:

S: Quirinus Episcopus Aquileiensis, Laureacensis & Sciscia:
:ensis ab insidentibus huc illuc eiectus, in Panonia tandem Martir obijt
4 Jun. Anno Domini 308

Lazius, Bruschius, Ondius & Cuspinianus citati a Scholeben
T: p: P: 3 f: 209. Quod autem S: Quirinus fuerit Philippi Imper:

Filiu ut scripsit . ... nullum est fundamentum aput Veteres, & bene aduertit Raderus in Bau. Sac. non alio, Philippo fuisse Filios quam Philippum Juniorem paulo post Patrem occisum.

S. Theodorus genere Thracius Episcopus Aquileiensis una cum Agathone Diacono suo Concilio Arelatensi p.° adfuit . . Anno Dom 314
quem sub Agone Presiae Aquileiensi martirium subijsse Candid. in Coment. Aq. lib. 2 scribit

Chrysocomas Dalmata Episcopus Aquileiensis diversus à Chrysogono iuxta Dandalum, & Candidum sedebat, (Ughello etiã Teste) An D 318

Agapitus Episcopus Aquileiensis Vir Sanctus & pius operibus intentus, predicatione ac moribus claruit, plura Templa exornauit, et sedebat An. D. 320
Ughell: T. 5. f. 20

Benedictus Episcopus Aquileiensis Romano Concilio interfuit An: D. 337
Julio p.° Pont Max. post quem primus sedit primusque sententiam tulit.
Acta Concilij Romani citata Pallad: Seniori Lib. 8: f. 109:

Fortunatus p.s Episcop: Aquileiensis adfuit Concilio Sardicensi Anno D. 347
Episcopatum Sabionensem nunc Brixiensem fundauit Anno Domini 350
quem suffraganeum Aquileien: Ecclesie aliquandiu fuisse testatur Sandius T. p: - fuit Hic Presul parua labe Ariana infectus, & tandem in se reuersus obijt Anno Domini . . . . 366.
Ughell: T. 5 Dandolus: Hist. T. J. Fontan: Bibliot. lib: 3 C. 1 & 13

S. Valerianus Ep. Aq: una cum SS.mis Ambrosio Mediolanensi, Eusebio Bonon: alijsque SS.mis Episcopis in suo Concilio Aquileiense An. D. 381
Arianos damnauit – Concilioque Romano interfuit Anno D:, 382
& meritis glorioso migrauit in Celum Die 27 9mbris Anno 388
Baron. T. 4 Anno 381 Cat: & Regest. S Eccl. Aquil. Ughi: T. 5. Hist. F.
S Eccles.æ Aquil (decernente S. Valeriano) in Simbolo Apostolico ad uocem Carnis addidit huius Carnis resurectionem ut omnes Ereticorũ uersutie tollerentur. Dupin: & Alij comun S.

S.t Chromatius Ep: Aq: Doctor mirificus, & contemporaneus S.ti
Hieronimi

Hieronimi Cõmentarium de Octo Beatitudinibus, & plura Opera composuit Presulum coacto Concilio Origenis Hereses damnauit, & in Romano Consessu pro S: Jo. Chrisostomo sententiam tulit, Ecclesię suę sanctissimis moribus presuit, & migrauit ad Cęlum die 2a: Xmbris An: D: 413

S. Hieron: Ep: 48: S. Jo: Chrisost. Ep: 155 Ruffin: Aq: lib. p.o Cat: S. Ecc: Aq: . Chromatij tempore Sa Ecca Aquileiensis dicta fuit Chorus Beatorum a S. Hieronimo eiusdem Ecclę Clericorũ sanctitatem laudante: S. Hieron. in adiectę ad Chron: Eusebij. An: D. 378

Augustinus natione Beneuentanus Aquileię Episcopus erat dum Romę pendebat Pontificatus inter Eulalium, & Bonifacium An: D: 412
Catal: & Regest: Eccl. Aq. Pallad: Senior lib: x. f: 178:

Adelphus Afrinus, Episcopus Aquileiensis sedebat Valentiniano Imperatę Aquileię comorante Anno Domini . 425
Cat: Eccl. Aq: Pallad: Senior lib: x. f: 179

Maximus Ep: Aquileien. imminentibus Barbarorum periculis Oues suas Pastor bonus in timore Domini dirigebat Anno . 430

Januarius Polenatus Ecclesię Aquileiensis in Episcopatù sedebat Xisto III Pont. Max. dum Bassus damnatus est in Romano Concilio Anno Domini 433
& (ut Tabulę Aquileiensis Ecclesię habent) ad eum S. Leo P. literas dedit Anno . . . . 44[illegible]
quo Anno etiam in Regestis Aquileiensibus obijsse apparet
Pallad: Senior lib: x: f. 181. Vghell: T. 5.

Secundus Januario successit, Vir moribus ac Scientia preditus triẽnio Aquileiensem vexit Ecclesiam, & sedebat Anno Domini . 450
Vghell: T. 5 Pallad: Senior Lib. x. f. 180

S. Niceas Episc Aquileiensis euersa ab Hunnis Ciuitate An. D: 452
Cordis afflicti martirium sustulit, & copiosa meritorum messe collecta

:secta obdormiuit in Domino die 22 Junij Anno 463
Candidi coment. Aquil. lib. 3. f. 12 Cat. . : Eccl: Aq. Pallad: Senior lib. x. fol. 182 Vghell: T. s. Martirol: Rom. die 22 Junij.

Romatiane Ciuitatis Episcopus dictus est quia in Prouincia Forijulij temporibus illis, ut plurimum hęc sonuit Vox, presertim de Portu Romatino, & flumine Romatino propè Concordię Ciuitatem ubi Presides Romani sepè agebant quemadmodum & Aquileię à qua Concordiam se contulisse etiam Episcopos Aquileienses putatur, imo Aquileia diruta Niceas ad Portum Romatinum forsan confugit hacque de causa Romatianus Episcopus dictus est. Nonnulli quoque Episcopi Aquileienses sic nuncupati fuerunt, ut de se ipse S: Chromatius in suo Comentario de Octo Beatitudinibus, ideò sit quidem alibi alia Romatiana Ciuitas Episcopalis, Niceam Episcopum Aquileiensem nemo negare potest; Scriptores de eodem ualde diffusè agunt, & S. Eccl: Aquil: eius Testis signat litt.a A. inuendo dicet, illum esse Aquileiensem quod certè non sine fundam.to statuit

Post S: Niceam quinque Presules Aquileienses ante Marcellianum ignoramus sedisse, patet error in tempore ac in eorum Nominibus à quibusdam Auctoribus aliunde confusis, unde admonitus Lector aduerte.

Marcellianus Italus in Episcopatu Aquileiensi doctrina & pietate claruit Vghello & Palladio iuniore testibus c.a Anno D. 493

Marcellinus Ep. Aq: Vrbem ab Hunnis euersam restaurauit, et sedit Anno Domini 499
Vghell: T. s. Pallad iunior P. p. lib p. f. 15.

Stephanus Episc: Aquileien. pro fide Catolica multa tulit regnante in Italia Theodorico Gothorum Rege Ariana labe infecto Anno Domini 517
Vghell: T. s. Pallad. iun. P. p. lib. p. f. 15

Post

Post Stephanum Seaisse Massentium fundamenta nondum accepimus Hoc Nomen ulterius Lector inuenies

Hinc Shisma

Macedonius Ep: Aq: in Synodo Constantinopolitana Justiniani iussu celebrata Anno Domini 553
una cum pluribus quoque Episcopis tria Calcedonensis Concilij capita non recepit, & ortum est Sisma, quod transiuit in aliquot Successores; obijt Anno Domini 554
Ughell: T: 5 Pall: iun: P. p: lib: p. f. 16 P. Thulner in mem. Anno Domini 353.

Paulinus p.s Ep: Aq: Longobardorum metu cum Sacro thesauro Eccl. Sue in Gradensem Insulam se recepit, ubi decessit Anno Do. 573
Paul. Diacon. de Gest Longob. lib 2 Ughell: T. 5

Probinus Anicia ill.ri Prosapia ortus Anno i Aq in Sede prefuit 574
& obijt in Grado sepultus Cat Eccl: Aq. Ughell: T. 5 f 36

Helias Grecus Probino successit . . Anno 575
Manicheorum prauitate captus 3 Calcedonen. Concilij capita recusauit, moxque agnouit errorem, Synodum coegit, & sedem ad Gradi Urbem transtulit 588
Ughell: in Ital: Sac: T. 5 Pall. iun. P. p Lib: p. f: 38

Seuerus Rauennas electus Episc Aquileien . . An: 589
a Smaragdo Exarca Manicheis assentiri coactus, & a Papa Greg: I° ad Catholicam ueritatem reuocatus Cormonum se recepit Anno Domini . 605
& obijt in Templo S: Euphemie Gradi sepultus .
Ughell: T. 5 Pall: iun: P. p. lib: p: f: 38

Hinc in Shismate Patriarche Titulus

Joannes Abbas in antiqua Ciuitate Aquileie Agilulpho Rege Longobardorum ad Sedem Aquileiensis Eccl.ie promotus, comuni Populorum uoce Patriarcha nuncupatus est Anno Domini . 605
In Grado tunc quoque Candidianus honore Palij a Romano Pontifice

...ni Iuris catolici
...ro Sede Aquileiensi
...o usque tempore
...na cum Romano
Pontifice Potestas
Veneta Vindex.

petentibus Venetis, ad eandem Sedem assumptus; ex uno Schis-
:mate duplex natum apparuit.
Paul: Diacon citat. à Pallad P.p: f 41 Ughell. T 5 P. Thulner in
mem: An: D. 605
Patriarchę & Archiepiscopi nomen primis 4 Ecclesię seculis
inauditum, ait Natalis ab Alexandro in Hist: Eccl.ae T 3 Sec. 1
Cap: 10 Artic: 3

Martianus Piranensis Joanni Aquileię successit, & Arioal-
:di Regis Longobardorum fauore incrementum Patriarchatus obtinuit 606
Ughell: T: 5. Pall: P.p Lib. p.o f: 50

Fortunatus ii è Grado thesauros Eccl.e sue Cormonum
asportauit, & sedit (Ughell T: 5 & Regesta Eccl. Aq.) Anno D: 636

Maximus ii dictus etiam Felix adfuit Romano Lateranensi
Concilio Martino p.o Pont.e à quo p.s sedit, & pro eodem locutus est
contra Ereticam prauitatem. Anno D. 649
Cat. Eccl: Aq: Pall: iun: P.p. L. 2 f 53

Joannes ii Grecis Imperatoribus Unnisque Populis sequi-
:entibus sedit Anno D: 670
Cat: Eccl: Aq: Pall: iun: P.p. Lib 2 f. 59

Petrus Joanni ii successit, & sedit in Cormono Agatone
Pont: Anno D. 680
Ughell: T. 5. f: 33-34. Cat: Eccl: Aq:

Synodus Aquileię sub Sergio Papa An: D. 698
Shismatis finis

Severus Patriarcha Aquileiensis tria Calcedonensis Concilii
capita subscripsit, & Luitprando Rege fauente à Gregorio ii Pont
max. Palio sacro exornatus est. Anno Domini 719
Cat: Eccl: Aq: Ughell. T. 5. P. Thulner An. 719 Hist. com.r

Calistus ex Archidiacono Eccl.e Taruisinę Patriarcha Aquil: 730
Luitprando Rege fauente à Gregorio iii diuisionem Sedis sue à Grade
nsi

S
PAVLI
NV
S

Gradensi obtinuit . . . . Anno Domini 733
Seque in Ciuitatem Forijulij recepit ubi Ecclesiam & Baptiste:
:rium S. Joannis ac Pallatium Patriarchale extruxit, & obijt An. 770
Regest: Eccl: Aq: Ughell: T. 5 Hist: com.
In Ciuitate Forijulij a Romanis q. Collonia Scaptia nuncupata
Longobardorum Ducib durante regimine Aquileienses Patriarche
diu agentes Ecclesie Metropolitane sue plurima honoris commo:
:cue Dignitati auxerunt ut patet in pub: Regestis & Hist com.
Joannes iii Longobardorum uiribus fultus Gradensibus ad:
:uersabatur . . . . Anno Domini 772
Ughell. in Annot: f: 33, & 34
Sigualdus Desiderij Regis Affinis Stephano iiii & Adriano
successore Pontificibus Aquileiense rexit Ecclesia Anno Domini 774
Ughell: in Adit: f: 35 Pall: iun: lib: 2 fol. 75
S. Paulinus Foroiuliensis Carolo magno Imperante ad Patri:
archatu Aq promotus doctrina & sanctitate clarus plura pro Ecc. sua
priuilegia, & munera obtinuit, In Ciuitate Forijulij Concilium celebrauit An. 791
& meritis, ac miraculis ditatus a Domino migrauit in Celis Anno 804
Corpus in Templo maiori Ciuitatis Forijulij asseruatur, & quot annis
die ii Januarij eiusdem S. Paulini memoria colitur.
Baron: Ferrar. Ughell Regest Ecc. Aq & Hist com.
Ursus a Capitulo Metropolitano, qui suo Paulino aucto:
:ritate eligendi cepit habere, ad Patriarchatum euhectus, iura
Ecclesie sue a Fortunato Gradensi turbata ad Leonem iii Pont. max.
detulit, & obijt . . . . . . Anno 809
Ughell. T. 5 - Regest. Eccl. Aq. Pall. iun: Lib 3 f. 101 & 102
Maxentius adfuit Concilio Mantuano Eugenio Pont. Max: An. 820
in quo Aquileiensis Ecc.m Matrem, & Gradensem filiam esse Patres
unanimiter declararunt
Onufrius in Chron. Acta Concilij Mantuani, Ughell T. 5 Pall. lib: 3 f. 110

Andrea Pat. Aquileien. cui Sergius Papa scripsit ad Generale
Concilium meditabatur celebrare, sedebat . Anno Domi: 844
Voghell: in Adit: T: 5 fol: 38

Venantius natione Italus prefuit Ecclesie Aquileiensi Bene:
dicto tertio Pontifice Rome sedente . . . Anno Domi 857
Catal. Eccl: Aquileien: tutior testis quam Claud Rob: cit. ab Voghel. T 5 f. 34

Hindelmarius dictus & Theutmarus Pat. Aq: synodo à Joan:
ne VIII Ravenne celebrato interfuit . . . . Anno Domi 874
& cum Triensibus differentias composuit . . Anno Domi. 877
Rub. in Hist: Raven. lib: 5. citat. ab Voghell: T: 5 f. 39 & 40 Hist. T. I. 3

post Hindelmarium ante Valpertum legitur sedisse Lupum,
sed uno eodemque Anno 877 tres sedisse Patriarchas, suspecta
traditio est, presertim quia de hoc Lupo nullus Actus Apparet

Valpertus Pat. Aq: ad quem scripsit Jo: VIII Pon. max. Ep. 48 die
ult: Maij Ind: X 877
Sacre Dignitatis indemnitati studuit, & Sponsam Eccl.m quamdiu
uixit diligenter administrauit Voghell. T 5 f. 41

Federicus I siue Fridericus Ungarico Regio sanguine ortus ex
Monaco Fuldensi Pat. Aquileien. Festum immaculate conceptionis
B. M. V. celebrandum instituit, & meritis clarus obijt Claud. Rob: teste An. 897
Schoneben T. p. P. 3 f 465 Ciacon: in Vit Greg: 7 Gauant. sac Rit T. 2 S 7 Cr

Leo Pat. Aquil: in defendendo Eccl.m suam fortissimus, Rodoaldi
Regulj insidijs & armis impie necatus est test. Voghell. T. 5 Paul lib. 3 An. D 909
Hinc Regulus penitentia ductus S. Danielis Templum extruxit, ubi nunc
Oppidum est Diui eiusdem nomine appellatum.

Federicus II Pat: Aq: à Berengario Imp.re Papie agente
habuit Utinum, & plura Castella que hinc ab Ottone II confirmata
fuerunt Eccl.e Aquil: ut constat in Thesauro Scripturarum
eiusdem Eccl.e Signato n°. 13 & patet in Diplomate à
predicto Berengario concesso die 7 Kal: Aprilis Ann. Dom. 921

Ursus Pat. Aq: pro Eccl.e bonis plura sustinuit aduersa,

&

& divina fauente clementia superauit & obijt in Ciuit: For: Anno D 930
Catal: & Regest: Eccl: Aq: Hist: F. I.

Lupus Pat: Aq rebus temporalibus aliquandiu controuersis un[illegible]
cum Venetis conuentionem statuit - - - - Anno Dom [illegible]
Document. ex Trauisaneo Codice desumpt. in Addit Ughell. T. 5. f. 43

Engelfridus Pat: Aq: Concilio Romano adfuit pro Ioanne
xii Papa deposito in cuius locum Leo Octauus subrogatus fuit;
& in eadem Urbe repenti languore agressus obijt - Anno: Dom: 963
Ughell: T. 5 f. 43 Pall: E. p: lib: 4. f. 138

Rodoaldus Pat: Aq Synodo Rauenati Ioanne xiii Pont.
max. celebrate interfuit Ughello T. 5 fol. 45 & Actis Concilij test: An. D [illegible]
Ottoni Imper. diploma eiusdem Anni 967 quoque confirmat.

Ioannes iiii Pat: Aquileiensis Rodoaldo successit Anno D [illegible]
eodemque Anno Kal: Iunij Ind. 9 ab Ottone iii Priuilegiorum
Aquileien: Ecclesie confirmationem habuit.
Interfuit consecrationi Basilice Bambergensis Anno Dom 1011
& Capitulo Ciuitatensi Villam Premariaci donauit Anno D 1015
Ughell. T. 5 in Addit: Cat Ecc. Aq. Hyst. For:

Hinc Aquileie Residentia iterum

Popo in Germania claro genere ortus ex Cancellario Henrici
Imp: Pat. Aq: - - - - - - - - - Anno Domini 1016
ab eodem Henrico priuilegium cudendi pecuniam habuit. Templum
Aquileie S.mae Virgini Deipare solemni pompa dicauit assisten:
tibus duobus S. R. Ecc.ae Cardinalibus & in Coincon. 13 Iul. 1031
obijtque in eadem Urbe illo sequuti honorifice in Templo An: D 1044
Cat: Eccl Aq: Ughell. T. 5 Hist: F. I. com.

errauit qui asseruit Poponem Pat: Aq: fuisse quoque Romanum Pont. Max:
quia nec in Actis nec in lapide Monumenti nec in Regestis apparet.

Eberardus ex Canonico Augustano Pat: Aq: Rome adfuit
Concilio Lateranensi Clem: ii Pap: cui sedit ad dexteram, & ad sinis:
tram Humfridus Rauene Archiepiscopus Anno Domini 1047
Sigon: de Regn: Ital: lib: 8 f. 203. Cat: Eccl: Aq:

De contentione inter Episcopos Mediolanenses Rauenates & Aquileienses quis illorum uideretur esse maior. lego in sac monum^to Prou: F. l. Anot. 4. 15

Gotoboldus dictus, & Gorobaldus Pat. Aq: ab Alexandro ii Pon=tifice iuris Gradensis Insulę confirmationes, & ab Henrico iii Italię Rege Ducatus Foriiulij, & Istrię Marchionatus obtinuit, Oghello, & Histor: For: Iul: comun^r testibus Anno Dom. 1065

Rauengerius natione Germanus duobus tantus Annis uixit in sacra dignitate Patriarchatus Aquileien: & obijt Anno D: 1068 Cat: Eccl. Aq. Vghell: T. 5 Pall. parte 9: lib: 4 f. 159

Sigerardus Henrici Imperatoris Cancellarius ad Patriarcha=tus Aq. eunectus; In Triburensi Concilio Romanas sedes egregie deffendit. Vghello, & Palladio testibus Anno Dom: 1076

Henricus natione Germanus ex Canonico Augustano Ar=chidiaconus Aquileien: Eccl.^e hincque Patriarcha Anno D: 1077

Interfuit Romane Synodo Greg.^o 7.º Ponti.^e max.^i An: D. 1079

Vghell: in Adit f. 8 test: & obijt - - Anno D. 1084

Fredericus iii Natione Germanus sedit in Pat.^tu Aq Anno uno, & proditorie à Subditis necatus fuisse tradit Io Stump: in Chron: Eluetię, quod & affirmat Chronicon Augustana ad Annus D. 1085 Moracutus in Additionibus ad Vghell: T. 5. f. 58

Voldaricus Marquardi Charintię Ducis Filius atque Henrici iiii Cęsaris Agnatus ex Monacho S. Galli de Eluetia ad Patriarchatus Aquileiensem promotus . . Anno Dom. 1086 pacem composuit inter Paschales ii Pontifices et Henricus Imperatores, ac Moracenses Ecclesias dedicauit Anno Dom. 1110 Moracut: in Adit. ad Vghell. T. 5. f. 59 & obijt An D: 1127

Gerardus de Premariaco Villa non longe à Ciuitate Fori=Iulij ob mirabilem sanctimonias ad Patriarchatus Aq: assum=ptus, exemplarissima clarauit humilitate, qua potius quas alia

causa

causa (ut censent Nonnulli) è Dignitate abdicatus est Honor: ii Pap: An: D. 1128
Ughell: T. 5. Baron: An. 1128. Dandolus Ann: 1130.

Peregrinus Gerardo successit Magnus consilij Vir ab Henrico ii Imp.re de regalibus largitionibus inuestitus fuit. Lotharij Coronationi interfuit; precarium obtinuit Priuilegium ab Innocentio ii 3 Kal. Jun. Ind.e X [illegible]
Adfuit Conrado ex Hierosolimitana expeditione redeunti Anno Domini [illegible]
Ughell. T. 5 Cat. Eccl. Aq: Hist. For: Jul. test: & obijt Anno D: 1162

Voldaricus ii siue Vldaricus Pat. Aquil. electus, mox Legatus Apostolicę Sedis factus ab Adriano iiii confirmationem Priuilegiorum Eccl. suę obtinuit, & à Federico Imp.re ampl.m quoque habuit iurium Pat.tus Diploma Anno Domini [illegible]
Cat: Eccl: Aq; Ughell: & Hist: For. Jul. [illegible] & obijt Anno Domini [illegible]

Gothifridus claro genere natus ad Patriarchatum Aquileiensem An. 1184
teste Sigonio promotus; Henricum filium Federici p.i Imper.tis coronauit Regem Teutonicum 6 Kal: Febr.ij Anno Domini 1186
Consecrauit Templum S.tę Marię de Carcere Mense Martio Anno 1189
& retulit ab Henrico vi Inuestituram, & priuilegium iurium Eccl.ę suę 1193
quo Anno circiter obijsse putatur. Cat: Eccl.ę Aq: Ughell. T. 5 f. 74 usq. 77

Peregrinus ii Pat. Aq. Templum Ciuitatis Forijulij reedificauit, fecitque in eo Tabulam argenteam, Pulchriorem mox aliam fecit in Templo maiori Aquileię quam nunc in Thesauro adhuc seruant Patres Veneti cum quibus iam Peregrinus plura contraxit.
Habuit ab Henrico vi Inuestituras iurium Ecclesię suę Anno Domini 1195
& obijt die 8 Maij in Ciuitate ForiJulij, mox Aquileię at templum delatus 1204
Cat. Eccl. Aquil: Ughell: T: 5. in Addit f: 77, & 78 Hist F. J. com.r

Volkerus Tavuiti Nobili genere natus Colonię Agrippinę agens Episcopus Patauiensis primum, hinc Patriarcha Aquileiensis factus Anno Domini 1204
Lateranensi Concilio interfuit Anno Domini 1215
Laudabilia plurima egit, & migrauit ad Dominum Sanctimonię pretio habitus 1218
Cat. Eccl. Aq. Ughell. T. 5 Pal. lib 5. f. 195 Nicoletus in M. S.

Hinc Residentia Utini Foro Ecclesiastico & Seculari concomitantibus

In uĕteri editione Italię Sacrę Ferdinandi Ughelli à primo usque ad septimũ Christi seculũ Pręsules Aquileienses Episcopos non Patriarchas nuncupari percipimus et huius pręclari Auctoris uerum esse testimoniũ existimamus.

Pertoldus ex Ducibus Meraniæ S. Eduigis Frater, et S. Elisabeth Vngariæ Reginæ Patruus, ex Archiepiscopo Colonien. Patriarca Aquileiensis electus Anno . . . 1218.
Vir animo, et opere eximius, Vtinum Priscæ Aquileiæ metropoli suffectum transferre sedem meditatus, ibi S. Vlderici Templum extruere incepit Anno . . . . 1225.
dedicauitque An: 1236. et obijt Anno 1251. Vghell: T. 5. Hist: P. F. I. com.r

Gregorius de monte longo Natione Campanus Regni Neapolis Pertoldo successit An: . . . . 1251.
laudabilia plurima egit, Canonicos Metropolitanos ad numerum 24. reduxit; Capitulum Vtinensem de Templo Castelli ad Basilicam S. Vlderici transtulit, et obijt Anno Dom. . . . . 1269.
Cat. Eccl. Aq: Epist. Alex. 4. Pont. de An: 1255.

Raimundus Turrianus Mediolanensis Episc: Cumanus à Gregorio. x. Pont. promotus An: . . . . . 1272.
Ecclesiam Sponsam mirabiliter coluit. Vtinum ampliori circuitu ~~[illegible]~~ auxit, et in Castello eiusdem Ciuitatis. (margin: Menius)
Obijt 22. Feb: mox Aquileiæ sepultus Anno . . . . . . 1298.
Joan: de Lupico Not. Regest: Eccl: Aq. Hist: com.r

Petrus Gerra Ferentinus de Comitibus Romanis à Bonifacio. 8. ad Sedem accitus An: . . . . 1299.
modico tempore suam digne administrauit Eccl.m et obijt Vtini Anno Domini . . . 1301.
Vghell: T. 5. Hist: P. F. I. com.r

Ottobonus Placentinus ex Episcopo Patauino à Bonifacio. 8. Aquileiensi Defuncto sufectus Anno . . 1302.
Vtinum die X. Augusti solemniter introiuit An 1302.

Interfuit Viennensi Concilio Clemente V. 1311., et obijt 1315 Die 13 Junij Regest Eccl. Aq. Hist. F. J. com.r

Castonus Turrianus ex Archiep. Mediolanensi, Joanne XXII. Pont.e 4. Id: Junij Anno Dni 1317
mense octauo sui Patriarchatus in itinere propè Florentiam Equo delapsus occubuit . . 12 Aug. . . . . 1318.
Ailinus citatus à Bellono in M S. Histor. com.r

Paganus Turrianus Mediolanen: ex Patau. Episc.o X. Kal: Apr. Joan. XXII. Pont.e Anno . . . . 1319.

B. Odoricum Ord. Min. Vtini miraculis clarum Arca pretiosa condidit, et migrauit ad D. 1332
Ailinus citat. à Bellono in M. S. Hist: F. J. com.r

B. Beltrandus de S. Genesio Narbonensis Gallus Diuina et Humana sapientia Clarus, e. XII. Sac. Rom. Rotæ Viro Patriarcha Aquileiensis Anno Domini . . . . 1333.
ob ardua multa fundata, et aucta de Vtinensibus optime meritus Ecclesiæ suæ iura constanter tuendo martirium sponte subiuit; testibus Histor: com.r 6. Junij . . . . 1350.

In Opere p.o impresso Bolandistarum sub die 6. Junij error est c.a illa quinque simulacra Mulierum, quæ B. Beltrandi Arcam sustinere uidebantur quondam in Basilica Vtini antequam de proprio Altari ad maius Sacellum eiusdẽ Basilicæ transtaleretur. (c. transportaretur.) Quinque Foroiuliensis Prouinciæ Vrbes représentasse prefati Scriptores asserunt, et quintam Palmæ Arcem quæ tempore Sculptarum Iconum nondum erat edificata, inquiunt figuram tnuere. Si dixissent illam quæ in medio erat significasse Prouinciæ Immaginem, et Aquileiam, Concordiam, Ciuitatem F. J., et Vtinũ

alias

B· BERTRANDVS · VASCO · PAT· AQ̄E· VENERATVR · IN · CATHED·

alias. 4r. aduch non inaniter ostentauissent, sed meo. uideri aliter representabant, scilicet. Alexandram Aquileiensem Viduam Discipulam S. Ermacore et SS. VV et MM. eiusdem pariter Discipulas, Euphemiam, Doroteam, Teclam, et Erasmam ab eodem S. Ermacora baptizatas. Arca illa, ut patet in Historia For Julij à B. Beltrando iam facta, et designata erat pro Corpore S. Ermacore cuius martirius exterius sculptum refert, ideò, et eius Discipulas putandum, Icones illas induisse, presertim Alexandre, que Sancti Ermacore corpus aromatibus condere, et sepelire curauit ut legitur in Breuiario Aquil.e 12. Julij lec. 6. Legimus quod Caryatides iam dicebantur Simulacra Puellarum que columnarum loco Pondus aliquod sustinebant ut patet in Plinio lib: 36; et in Vetruuiio C. 1o: sed Hec in profanis concedo, in sacris nego, et quod dixi de Aree Simulacris, aduch opinor, et sentio.

Nicolaus de Lucemburgo ad Patriarcatum assumptus Clemente VI. Pontifice Anno 1350
Justitie armatura Fortis B. Beltrandi Martiris contriuit Hostes, et Vtinen. ecclesie incrementa brachio uictore confirmauit mox eternam uocatus ad requiem, et Vrbis eiusdem tumulatus in Templo An. 1358. Vghell. T. 5. Regest: Eccl: Aq:

Ludouicus Turrianus ab Episcopatu Coronensi ad Dignitatem Aquileiensem Innoc.o VI. delatus . . . . 1358.
intestinis seditionibus Foroiulien. Prouinciam expurgauit à morte raptus Anno. 1364. .
Regest Vaticana Ep: 18 f. 28. An 7. Vghell. T. 5.

Marquardus Candechius ex Augustano Episc: Pat: Aquileiensis Anno Domini . . . . 1365.
Carolo. IV. Imperatori admodum charus, et Vir Egregius

virtutibus preditus sponsam Ecclesiam optime rexit et migrauit ad Dominum die 13 Januarij 1381. Vghell. T. 5.

Philippus Aleneonius Cardinalis ab Vrbano VI. promotus Anno Dni . . . . 1381.
et ab Vtinensibus (ne Sedes comendata uideretur) minime acceptus Romę stetit. Vghell: T. 5. Hist: P. T. 4.

Joannes Filius Ducis Morauię à Capitulo Aquileiensi contra Aleneonium adlectus Vtini egit, et inter discrimina interijt more Vincislai Regis Affinis sui An: . 1395.
Vghell: T. 5. Histor. comr:

Antonius Gaetanus Romano illri genere ortus, Joanni Morauię successit Anno . . . . 1395.
et Cardinalis S. Cecilię factus Romę stetit usque Anno. 1402. Vghell. T: 5.

Antonius Panciarinus primum Concordię Episcopus, Hinc Patriarcha Aquileiensis Anno . . . . 1402.
propter Doctrinam, et Religionem à Joanne XXIII: creatus Cardinalis S. Susanę, In Templo maiori Ciuitatis Vtini eidem Sanctę titulari suę Altare dicauit, et Sacellum suo Gentilitio stemmate insigniuit. Cat. Eccl: Aq: Hist: Capod: T. 98. usque. 102.

Antonius de Ponte Venetus à Gregorio. XII. in schismate ad Patriarchatum promotus, stetit contra placitum Joannis. XXIII (Vghell: et alijs Historicis testibus) usque ad Annum . . . . 1418.

Ludouicus Techius postremus illius Gentis Dux à Capitulo Aquileien. Electus, et Anno . . . . 1418.
à Martino V. confirmatus Basiliensi Concilio adfuit, et obijt Anno 1455. cui Alexandrum Maxouiensem successorem dandum esse non arbitramur, sic Vghellus in notis, et

noua

noua corectione T. 5.

Joannes Vitellescus ab Eugenio IV. eLectus Eccle-
siam Sponsam per quinquenium absens coluit à
longe decessitque Anno Domini . . . . 1439.
Vghell: T. 5. Hist: P. F.

Ludouicus Mediarota Scarampus Patauinus ad
Patriarcatum Aqm promotus die 12. January 1440

Vna cum Venetis res temporalis Dominij consensu
Romani Pontificis Joanne de Reate protonot.° Apl.co
Procuratore interueniente sanciuit anno 1445. . .
et Cardinalis S. R. E. titulo S.ti Laurentij in Damaso
obijt Anno . . . . 1465.
Vghell. T. 5. Hist. com.

Aquileia Venetie Vrbs comuni scriptorum sententia
dicitur preteritum ex his que referuntur in Ptolomeo in
Plinio, in Cluerio, et in Leandro Alberto contra strabonē
Fol 490. + Inclita Venetiarum Respublica eterne Religio-
nis propugnaculum à Deo datum idem ac Prisce Aqui-
leie rediuiuum Corpus cernitur in trasmigratione Vi-
rorum Aquileiensium Patrum à quibus Patrie Nomē
usque in hodiernum Diem For: Jul: Prouincia sumi
sit ut constat apud Sabelicum, et alios Auctores. Hinc
Diuum Marcum primum Eccl: Aquileien. Apostolicum
Doctorem precipuum Tutelarem suum non habet
inealsum Vineta Regina Maris, que Christiane sa-
pientie studio, et Diuine fauore Virtutis eandem Ec-
clesiam Aquileiensem de uarijs Prelij uicibus, et de
multarum confusionum abstulit calamitatibus. Deo
Numisma in quo Ludouici Mediarote Patriarche
Aquileiensis Imago est, et ibidem in emblemate

armatis Gentibus Templum circumseptum repræsentan-
ti (Ecclesia restituta ex alto) legitur, Nos Venetas
pro Ecclesia Aquileiensi uindicias tenuere primo in
textu (quando aliud significatum non haberet) interpre-
taremus; Numisma hoc ipsum uidimus et à quo-
cumque uideri potest etiam impressum apud Tomas
sinum Episc. Emonien. de Vir. Ill. in Elog. de Media-
rota; ideo reijcitur opinio Palladioni qui Ludouico
Turriano Patr. Aq. equiuoco Nominis errore, et incon-
sulta historia tale monumentum attribuit.

Marcus Barbus P. V. Pauli. ii. Pontificis Nepos
Vir Doctrina, et moribus clarus Patriarcha Aquile-
iensis, et S. R. E. Cardinalis Anno Dni 1465
Romæ continuo egit ibique uissime obijt Anno Dni . 1490
Regest. Rom. et Aquil: Hist. P. F. I.

Hermolaus Barbarus litteratura et morum
candore conspicuus successit Anno . . . . . . 1491.
triennio in Dignitate uixit usque ad Annum Dni. 1494.
Regest. et Hist. ut supra.

Nicolaus Donatus ex Emonien. Episc. ab Alex.
VI. Electus sedit usque ad An. . . . . . . 1497.
quo decessit et fuit in Templo maiori Ciuitatis Fori-
Iulii sepultus. Ughell. et Hist. P. F. I.

Dominicus Grimanus Philosophiæ, ac Theologiæ
Doctor eximius Nicol. Don. Suffectus . . . . . . 1497.
et Card. S. R. E. factus Romæ stetit et obijt Anno . . . 1523
Ughell. T. 5. Hist. P. F. I.

Marinus Grimanus Patriarcha Aquil. electus
Utinum solemniter introiuit Kal. Nou. 1524
eisque Ciues tanquam Aquileienses precipuo Diplomate

statuit

Altare maius

Extra: [illegible]: Crux Pathalis — Archid: Con: Dec: in Pulpito 527.

Diacon: — Subdiac:

529.

Vrbis [illegible] in Parochi: Curati, e Canonarij: Cappelani, & Seruj. 537.

Capit: Colleg: Ciuit:

540

Episcopi Comprou: Fauia: [illegible] Episcopi Comprouinc:

Capitu: Aquileiensis

Capitu: Aquil: [illegible] Ag:

Concilium Prouincial. Aquileien. Añ. 1596.

570.

585

592.

Magister Cerimoniarũ 596

Secret: & Notarij — Procur: Cap: Prouinc: 615

Conc: Promotores — Procuratores Episc: absent:

statuit. 18. Dec. 1524. clamidem Collegiate Ciuitatensis induxit, factus hinc Card. S. R. E. à Clemente VII . . . . 1527.
Cat: et Regest: Eccl. Aq: Hist: P. F. I.
. Marcus Grimanus successit Regnante Clem. VII. die 16. 9bris anno Domini 1529
et Paulo III. contra Solimanum Imp: Apostolice sedis Legatus in eo munere se Virum tulit Prudentem, et fortem anno . . . . 1537.
Regest: Rome et Aquileien. Hist: P. F. I.
Ioannes Grimanus Marco Grimano successit Anno 1548
uices aliquot sustulit et residentiam aliquandiu prorogauit: interim.
Daniel Barbarus ellectus Concilio Tridentino interfuit Patriarche Aquileiensis adinstar, et Precessore adhuc uiuente Obijt Anno Dni . . . . 1570.
Hist. P. F. I. Concilij Trident: in calce.
Aloisius Iustinianus loco Danielis Barbari ellectus Rome obijt et Precessore Io. Grimano adhuc uiuente decessit Cat: Eccl: Aquil: Hist: P. F. I. 1585
Franciscus Barbarus Iustiniano successit ellectus 1585. et Io: Grimano Patriarche . . . . 1592.
Vir probitate scientia, et Zelo Magnus Concilium Prouinciale Utini celebrauit Anno 1596
totam uisitauit Diecesim etiam à parte Imperij, et obijt Anno 1615
Regest. Eccl: Aquil: Hist. P. F. I.
Hermolaus Barbarus Francisco Fratri successit Ecclesiam suam optimo exemplo administrauit, et

migrauit ad Dominum Anno 1622
Vtini marmoreo obelisco unà cum fratre in Tem:
plo S: Antonij Abb. sepultus.
Regest. Eccl. Aq: Hist: P. F. I.
Antonius Grimanus ellectus Anno Dñi: 1622.
Vtini Synodum Diecesanam celebrauit . . . . 1627.
et obijt. 1628. Regest: Eccl. Aq: Hist. P. F. I.
Augustinus Gradonicus Antonio Grimano suc:
cessit, et obijt Patauij Anno Dñi 1630
Cat., et Regest: Eccl. Aquil. Hist: P. F. I.

Marcus Gradonicus ellectus, et confirmatus ab
Vrbano. 8. sponsam Ecclesiam adijt 1630
eoque Patriarcha Vtinensem Vrbs S. Eugenium Martirem
precipuum Protectorem coluit, et Corporis translationem
solemniter celebrauit anno Dñi 1653
Hinc. 16 Febr: 1656. Marcus decessit, cui
Hieronymus Gradonicus eodem anno suffectus
Ecclesiam bienio administrauit, et eo defuncto.
Joannes Delphinus ellectus Dignitatem adiuit.
anno Dñi 1658
Et Cardinalis S. R. E. titulo Sancti Viti, et Modesti
promotus ab Alexandro 7.mo die. 7. Martij 1667
Magnus, et laudatissimus Vir obijt anno . . . . 1699.
Daniel Delphinus ellectus Joanni fratri suo
antea pluribus annis adstando promeruit, et pre:
moriendo properauit ad gloriam
Dionisius Delphinus ellectus à die obitus Da:
nielis Patrui sui adijt Vtinensem, et Joanni Cardinali
successit. Pallatium Patriarchale, ac Templum S.

Antonij

Hanc Diui EVGENII Martyris
ac Sapientissimo VTINENSIVM SEPTEMVIRATVI
Sculptam pro Maiori PATROCINANTIS
Dat & Consecrat.

Antonij Abb: magnificenter auxit, et exornauit,
et de toto Clero ac de universa Diœcesi optime me-
ritus migrauit ad Dominum. 13. Augusti 1784

Stem̄ata Patriarcharum Aquileiens:um



1 Pertoldus de Andechs
2 Gregorius de Montelongo
3 Raimundus Turrianus

4 Petrus Gera de Comitibus
5 Ottobonus Razzius Plac:
6 7 Castonus Turrianus et Paganus

8 Beltrandus de S. Genesio B.
9 Nicolaus de Lucemburgo
10 Ludouicus Turrianus
11 Marquardus Candechius

12 Philippus Alenconius
13 Ioannes de Morauia
14 Antonius Caietanus
15 Antonius Panciarinus

à primo Vtini eorum Incolatu



16 Antonius de Ponte Ven.
17 Ludouicus Techius
18 Ioannes Vitellescus

19 Ludouicus Mediarota
20 Marcus Barbus Ven.
21 Hermolaus Barbarus Ven.



22 Nicolaus Donatus
23.24.25.26 Dom·cus Grimanus, Marinus, Marcus, et Ioan.
27 Daniel Barbarus
28 Aloisius Iustinianus

29.30 Franc: Barbarus, et Hermolaus
31 Antonius Grimanus
32.33.34 Augustin. Gradonicus, Marcus, et Hieron.
35.36.37 Ioan Delphinus, Dionisius, et Daniel

Numismata Patriarcharũ Aquilejen[sium].

Ab Anno 1204

1.

2

3

4

5



6



Numismata Patrcharum

7

8

9

10

11

12



13



Aquilejensium

14

15

16

17

18

19

20

Numismata Patriarchrm

21

22

23

24

25



26

Aquilejensium

27

28

29

30

31



32



33

Numis:ta Patrharum Aquil:sium

34

Æ

35

Æ

INDEX

Aquil:sium Patriarcharum, quorum sunt numismata

Numeri signati indicant numerum Numismatum

1. Volfkeri

2.3.4. *Pertoldi de Andechs*

5.6.7.8.9. *Gregorii de Montelongo*

10.11.12.13. Raimundi Turriani

14.15. Petri Gera de Com:bus Rom.

16. Ottoboni Razzii

17. Pagani Castoni Turriani

18.19.20. Bertrandi de S. Genesio

21. Nicolai de Lucemburgo

22.23. Ludovici Turriani

24.25. Marquardi Candechii

26. Philippi Alenconii

27.28. Joannis de Moravia

29.30. Antonii Cajetani

31. Antonii Panciarini

32.33. Ludovici Techii

34. Ludovici Mediarotę

35. *Marini Grimani*

De Metropoli Vrbe Vtini
Rerum Variarum Epitome Chronographica
Occasione ſequentis Inſcriptionis

DANIELI DELPHINO PATRIARCHÆ
SPONSAM ECCLESIAM ADVENIENTI
OMOPHORION MOX PVRPVRA CONDECORANDO
PRISCĘ AQVILEIĘ VRBIS ĘRES
VTINVM PROVINCIĘ METROPOLIS.

Ex litterali Documento Diuinę Scripturę in Daniele c: 16: (Purpura uestieris, et Torquem aureum circa Collum tuum habebis, et 3.us in Regno meo Princeps eris) colligitur sensus Inscriptionis Danieli Patriarchę in regimine Aquileiensis Ecclesię Delphino 3o. aureum Torquem idest sacrum Pallium grecè Omoforion) solemniter accipienti; Romana mox Purpura digno quàm comuni sententia Pio, ac sapienti Viro auspicamur. Lector ulteriori huiusque non indigemus explicatione; considera substantiam Verborum, quę spectant ad Ciuitatem Prouincię Metropolim Priscę Aquileię Vrbi suffectam, et Pastori Venerabilem Sponsam aduenienti Arcu triumphali plaudentem. Hęc tibi nunc discernenda propono.† S: Ecclesia Aquileiensis in principio Christianę Religionis orta, Imperatoribus persequentibus diu latuit in cunabulis, et strepitu Numeriani sęuientis. post diutinam Annorũ. 206. uacationem

surexit Hilario Episcopo et Martire Anno.
D. 276. Urbe ab Attila euersa An: D. 452. An: D 276
metu Longobardorum sub Paulino p.° transla=
ta fuit Sedes ad Gradus Insulam sicque ab An= An D 573
no D. 276. usque ad Ann: D. 573. in Urbe ueteri
Aquileiae Sedes egit Annis. 297.

. Annis. 32. in Gradus Insula stetit quia Seue=
rus Patriarcha, e Grado Cormonum se contulit Anno
D: 605. An D 605

Annis 128. in Cormono mansit, et Calistus Patri=
archa ad Ciuitatem Fori Iulij transiuit Anno
D: 733. An. D. 733.

Ibi Concilio Generali conspicua, et Occidentalium
Imperatorum munificentijs amplissimis insigni=
ta una cum temporali Ducum regimine Illustris
emicuit, et cum eadem in Ciuitate Annis
292 sic profecisset; Popo Patriarcha Aquileiam
redijt; Turrim ibi, et Basilicam reedificauit
consecrauitque An. D: An. D. 1031.

Sic in suo Aluo Annis. 194. denuo cum reman=

quiret, Perroldus Pat.ª propter Aeris intemperiem, à
Salubriorem locum eligere statuit. Ideò Vtini ha=
bitare, ac Templum extruere cepit Anno D. 1225.
et completum S. Vlderico dicauit testibus Ni=
colletto Valuasono, et Palladio An: .An. D. 1236.
Ab Anno. 1225. Sedes Vtini quieuit, et
Aulam fundando, et tunc cudendo Pecuniam,
et hinc audiendo Tribunali aperto iura Ciuilia,
sunt quinque secula usque in hodiernum diem,
quo temporis spatio alibi sic egisse haetenus
incompertum. — Ab Antistite Metropolitano
Aquileiensi, et à Prouinciæ Præside iam quo.
Vtini permanentibus Vrbs Vtinen Metropolis
nuncupatur, et talem esse cognoscimus ex lib:
Legum, et Decretorum Patriæ Fori Iulij; ex Do=
cumento publico ult.º Augusti. 1679. ex
testimonio Sabelici de Vetustate Aquileiæ.
lib: 9.º Io: Candidi in Coment: lib: 5. Auberti
Miræi in Geographico Eccles: litt: V; Vadini.
in lib: 2. Pomponij Melæ Ferrarij in Typographia

et in Martirol: Leandri Alberti in Descrip. Ital: Reg: 18. Bonifacij in Hist. Taruisina, et Erasmi de Valuasono in Poemate de Venationibus. Cant: p. S. 103...

Nel mezo siede la Città, che eresse
Athila, e gli Vnni, onde il suo nome ottene
Nobil Città, che ad Aquileia successe,
Che inanzi à quel flagello à Terra uene etc

